

D. Chryso- mo est edoctus, ac illuminatio in fide unius veri Dei, ut docent D. Chrysof. citatus, & D. Aug. Abul- len. ad citatum locum Genes. 11.

Non dedignantur Patres filiorum sequi virtutes, ac imitari, aliquando hoc est eis valde decorum, & decens. Cum Sanctissima Virgo Maria visitaret Eli- sabeth; & cum hæc videns, & audiret vocem Ma- riæ exclamat: Exultavit infans in utero ejus, & re- pleta est Spiritu Sancto Elisabeth, & exclamavit vo- ce magna, & dixit: Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui: & unde hoc mihi, ut veniat mater Domini mei ad me Luc. 1. à numer. 41. Unde Elisabeth sublimis, & additum Incarnationis mysterium agnovit à filio, nempe Joanne parvulo in utero ejus, ut ait Beda ibi, ad primum caput Lu- cæ: Exultavit infans, & repleta est mater; non prius mater repleta est, quam filius, sed cum filius esset repletus, repleta est mater. Prophetant matres spiritu parvulorum; parvulus erat Joannes, & ad- huc in materno utero, indeque replevit, & docuit matrem, sic sæpe ita fit alta Dei providentia.

Sæpe à minoribus, ac inferioribus majores ma- gna habent virtutum documenta, cum Stephanus glorioso martyrio obdormisset in domino, ut dicitur cap. 7. numer. 59. statim cap. 8. numer. 1. scri- bitur: Facta est autem illa die persecutio magna in Ecclesia, quæ erat Ierosolymis, & omnes dispersi sunt per regiones Judææ, & Samaria præter Apostolos. Mortuo Stephano omnes fideles timentes Judæo- rum furorem à Ierosolyma recesserunt, & fugerunt. At Apostoli eorum rabiem contemnentes persistunt, & non fugiant, cum aliis fugam permitterent; cur ergo ipsi non declinant exardentem Judæorum ra- biam? Pulchrè D. Maxim. Taurinens. serm. de San- cto Stephano ubi sic ait: Cum Sanctus Stephanus ab Apostolis ordinatus sit Diaconus Apostolos ipsos beata, ac triumphali morte præcessit, ac sic qui erat inferior ordine, prior factus est passione, & qui erat discipulus gradu, magister cepit esse martyrio. Apo- stoli Magistri erant Stephani, atque in superi ordi- dine constituti; videntes tamen fortitudinem, ac constantiam Stephani inter suos accusatores, falsos testes, iniquos iudices, lapidantium manus animo- si facti illius exemplo, ac veluti magisterio, ut gene- rosi milites pro Christo omni periculo, mortisque se exponunt: Qui erat discipulus gradu, magister cepit esse martyrio. Discant, discant majores mino- rum facta non contemnere, sed aliquando illa sequi, & imitari.

QUÆSTIO V.

Quare cum Abrahamus esset in Mesopotamia, mandat ei Deus exire de terra sua, ac cognatione sua?

Um Abrahamus esset in Chaldæa, quæ sub Mesopotamia continetur, ut jam dixi supra numero tertio, mandat ei Deus exire de terra sua, & de cognatione sua, quod promptissime Abra- hamus obediens fuit executus, nam si Thare pater ejus, & consobrinus Loth ipsum secuti sunt, hoc ex eo est, quia illi permisit, & ipsi voluerunt eum comitari; deinde ut eos magis firmaret, ac corro- boraret in fide, quorum magister, ac Doctor ipse erat.

Mandat Deus Abrahamo exire de terrâ sua per ignotas, barbarasque nationes peregrinare (de quo multas, & varias rationes Commentatores

ad cap. 12. Genes. quæ tanquam ad tres redu- cuntur, ad ejus exactam obedientiam; ut ejus virtus omnibus esset nota; & ut ipse omnes lu- crificaret.

Prima, ut fieret nota, ac manifesta excellens hominis obedientia, cum valde durum sit unicui- que patriam suam deserere, ab eaque separari. Il- la Illustrissima Virgo ter ad coronam, ac sceptrum vocatur: Veni de Libano sponsa mea, veni de Li- bano, veni coronaberis Cantic. 4. numer. 8. semel vocatur, & viam non capit, secundo vocatur, & adhuc moras facit, & mirum? vocatur adolescen- tula à monte vasto ad urbem regiam, à vili do- mo ad aulam nobilem, à ligone ad sceptrum, & purpuram, veni coronaberis, cur adhuc mo- ras necit, ut tertio sit compellenda? A solo pa- terno erit rusticano exire jubetur, ideoque cuncta- tur, quod innuit Bruno Carthusianus: Neque enim facile illi erat Patriam, parentesque relinquere. Multa vis necessaria, ut Virgo lares patrios relin- quat. Vide cap. 1. n. 72.

Secundo, ut tam præclara hominis virtus no- ta esset omnibus, non tantum propriis, & natu- ralibus, sed etiam extraneis, in quibus maxi- me resplendet virtus. 1. Reg. 5. numero quarto refertur quomodo arca Dei fuit captiva, & ab inimicis reposita in Templo suorum Idolorum: Tulerunt Philistiim arcam Domini, & intulerunt eam in Templum Dagon, & stauerunt eam iux- ta Dagon; & cumque surrexissent diuiculo Azoti al- tera die: Ecce Dagon jacebat pronus in terra an- te arcam. Magna expensione dignum; cur Deus alta sua providentia permisisset Arcam à suo san- cto loco extrahi, in profano reponi, & in Al- tari cum Idolis gentium, ab ipsisque captivam adduci? Cur Domine non disponis, ut arca te- stamenti tibi maximè consecrata in suo loco san- cto permaneat, ut à tuis Sacerdotibus debitam obtineat venerationem? Ad celsitudinem, ac ma- jestatem Arcæ maxime pertinebat, ut non so- lum in suo proprio loco, sed etiam in alieno ostensam suam faceret excellentiam, gentium ido- la destruens in terram proiciens capite, & ma- nibus abscissis tanquam in frustra comminuta: Ec- ce Dagon jacebat pronus in terra. Divus Chry- sostomus orat. tertia adversus Iudeos, & ait: Arca capta in aliena terra vim suam ostendit, ideo idolo bis in solum dejecto, effecit, ut etiam comminue- retur capite, & manibus abscissis.

Tertio: ut illa lucerna accensa omnium virtu- tum Abrahami non esset abscondita sub modio, sed posita super candelabrum, ut cunctos illumi- naret, ac illustraret, ita ad illa verba Genes. 12. Egredere de terra tua, scribit Divus Chrysofostomus, homil. 32. ubi sic habet: Quæ lumina e- quoddam, hominem, qui in Chaldæa latuerat, il- linc evocavit, ut eos, qui in errorum tenebris sedebant, ad veritatis viam introduceret. Una hæc, & justa Abrahamo causa ut patriam relin- queret, ab eaque fugeret, hæc viris Apostoli- cis occasio deserendi patriam, & in terras lon- ginquas abire, ut barbaras gentes illuminent in fide.

Ad quod nobis magnum exemplum ac documen- tum præbet omnium Magister Christus D. qui mo- do hanc, modo illam lustrat, semel, iterum, ac millies, ut veritate explicata gentes illustraret. Deinde mare navicula transibat, ut homines de fide, ac religione admoneret. Scribit Div. Mat- thæ. cap. 8. numer. 23. quod ascendente Christo in naviculam secuti sunt eum discipuli, & statim subdit

Terra, ma- riq; quarit Deus homi- num salu- tem. n. umer. 28. Et cum venisset trans fretum in regionem Gesafenorum, &c. Stare uno loco nescit hominum Salvator; terram percurrit, novum mari tentato tenat iter, ut omnium salutem lucratur. Divus Chrysofologus serm. 16. ait: Christus quod loca cir- cuit, quod mare transfretat, non est res humani desi- derij, causa est humana salutis. Non curitat meus Jesus per mare, per terram affectu gentis perviden- dæ, ac cognoscendæ, sed studio salutis providendæ, ac communicandæ.

Act. 7. num. 5. Et non dedit illi hæredita- tem in ea, nec passum pedis, sed repro- misit dare illi eam in possessionem, & se- mini ejus post ipsum, cum non haberet filium.

Num. 6. Locutus est autem ei Deus; quia erit semen ejus accola in terra aliena, & ter- viture eos subicient, & male tractabunt eos annis quadringentis.

Num. 7. Et gentem, cui servierunt, judicabo ego, dixit Dominus, & post hæc exhibunt, & servient mihi in loco isto.

Num. 8. Et dedit illi testamentum circunci- sionis, & sic genuit Isaac, & circumcidit eum die octavo: & Isaac Jacob, & Jacob duodecim Patriarchas.

Versiones

CUM EXPOSITIONE II.

30. Ver. 5. On dedit illi Deus hæreditatem in ea? quia in terra Chanaan Abrahamus non habitavit ut in proprio domicilio, sed ut peregrinus, & advena, nec passum pedis. Syrus, Pagnin, Tiguin. Syrus, Pagnin, Tiguin. Gen. 23. D. Aug. Ver. 6. Locutus est autem ei Deus, & quia erit semen ejus accola Syriacus: Erat enim tuum inquilinum in terra extranea. Arabicus: Erat stirps ejus inquilina. Et subditur: Et male tractabunt eos qua- dringentis annis, de hoc numero annorum longa ex- oritur difficultas, de quo quæstione sequenti.

Ver. 7. Et gentem, cui servierint judicabo ego, Syriacus, Varabius: Condemnabo eos, vel puniam; Deus enim occidit Pharaonem, & Ægyptios oppres- sores Hebræorum in mari rubro.

Ver. 8. Et dedit eis testamentum circuncisionis, Syriacus: Pædus circumfionis. Vatablus: tradidit passum; Deus enim dedit Abrahamo, ac posteris ejus circuncisionem in signum fæderis, ac pacti, tanquam in signum distinctivum ipsius, quem Deus sibi eligebat, ut esset illius peculiaris protector, ac defensor, si ejus legem custodissent, ac voluntati ob-

temperassent. Deinde ipse circumcidit filium suum; & sic cæteri patres filios suos.

QUÆSTIO VI.

Quare dicuntur Hebræi fuisse in captivitate Ægyptiaca per quadringentos annos.

Grandis, gravisque hæc se offert difficultas, nam Exod. 12. numer. 40 & Paulus ad Galat. Exod. 12. 3. numero decimo-septimo numerat in captivitate ad Galat. 430. Deus verò loquens cum Abrahamo Genes. 15. numero decimo-tertio ait: Peregrinum futurum sit semen tuum in terra non sua; & subicient eos servi- tuti, & affigent quadringentis annis, & ita eodem modo loquitur Divus Stephanus in præfati; & ta- men filii Israel solum fuerunt in Ægypto annis 212. ut per computationem temporum, ac ætatum ex scriptura ostendunt doctissimi Recentesiores Joan- nes de Lahay, Pereri, Conel. Tyrin. ad citata Ge- nesis loca, & Exod. & in præfati Lorinus, In- re valde difficili, & obscura, claritatis gratia, ita explico.

Primo: Ex vocatione Abrahamæ de Mesopotamia, quæ facta fuit anno ætatis illius 75. usque ad exi- tum de Ægypto fluxerunt anni 445. ita Divus Au- gustinus quæstione 47. in Exod. & Interpretes Græ- ci ita vertunt. Incolatus, quem incolaverunt filii Israel in Ægypto, in Chanaan ipsi, & Patres eo- rum fuit quadringentorum triginta annorum.

Ad id vero, quod Divus Stephanus numerat qua- dringentos annos. Pererius, Cornel. Menochius, dicunt hos annos esse computandos à nativitate Isaac, qui natus est Abrahamo ab exitu ex Mesopotamia post annos 25. nempe vitæ ejus centesimo; & ex inde usque ad exitum Hebræorum à servitute, Ægyptiaca fluxerunt anni 405. & dicunt quod scri- ptura solet ponere numerum principalem, & mino- rem prætermittit, indeque hic quinque annos præ- termittit, & solum ponit rotundum numerum qua- dringentenarium.

Dico tamen quod mihi videtur verius: Divus Stephanus loquitur juxta Dei verba facta in pro- missione Abrahamæ citato cap. 15. Genes. quæ facta fuit anno quinto ante nativitatem Isaac, ac proin- de ab illo promissionis Divinæ tempore usque ad regressum suæ posteritatis ex servitute interfluxerunt 400. anni, sub quibus 400. annis intelligitur tempus peregrinationis, ac servitutis in Ægypto, qui computandi sunt à die promissionis Abrahamæ à Deo factæ Genes. 15. numero 13. & juxta hunc mo- dum Divinæ promissionis loquitur in præfati Divus Stephanus.

Sed si Deus Abrahamo immediate antea in hoc cap. 15. numero quinto magnam felicitatem promi- serat in suis filiis: Suscipe Cæsum, & numeras stellas si potes, sic erit semen tuum, ad quid tot, & tantæ pressuræ, antea in eis permittit, ut illi suas exalta- tiones promerentur; Et quia tam duræ, ac asperæ oppressiones futuræ erant indignæ prosperitatis in- dices, ut post præfata verba ponderat Divus Chry- sostomus in Psalm. 104. & ait: Demonstrat itaque illud incrementum non natum fuisse, nam quo tempo- re pauciores eos esse oportebat; quod scilicet ab opere præfatis exigerentur; ac filii in flumen proicerentur, nativæque ipsa vexaretur; tam magis cresce- bant adeo; ut ingentem quoque incolis terrorem in- cuterent.

Ad tantam oppressionem Pharaõ adduxit He- bræos in Ægypto ut negaret eis paleas, præcepit



Exod. 5. praefectis operum: Nequaquam ultra dabitur pa-

Exod. 12. Si homines negant, Deus largiuntur. Cum Israelita magna premerentur fame, dixit

4. Reg. 7. Ingens fames index magna saturitatis.

QUAESTIO VII.

Quare Deus mandavit Abrahamo circumcisionem in pueris, & in tali membro, & occulto, ac brevi carnis particula?

41. Multa de circumcisione tractant Scripturarii ad caput decimum-septimum Genesis, & Theologi cum Divo Thoma tertia p. quaest. 62. & in 4. dist. prima, articulo. 5. primo instituta fuit pro parvulis, sic dicitur Genes. 17. Masculus, cujus prae-

42. Circuncisio data fuit Abrahamo, quae fiebat multo eum dolore, multaque sanguinis effusione, ac magna corporis afflictione ut ponderat D. Zeno libro tertio ferm. octavo & ait: Cum Abrahamus integer sit justificatus, & postea circumcisus, manifestum est circumcisionem Abrahamo non fuisse necessariam. Denique nil illi contulit, quia Deo amica; non postea, quam circumcisus placuit, sed in hoc robusta merita repromissionis accepit. Expende ultima verba: In hoc robusta merita repromissionis accepit, quae non dantur, nisi multa corporis afflictione, ac poenitentia.

43. Primo circumcisio in genitali membro, quod est effusorium seminis, ut notat Rupert. libro quinto in Genes. cap. 31. ubi sic ait de Abrahamo qui promissis seminis signum in ipso semine effusio credenti potuit homini. In ipso semine positum fuit signum,

& foedus salutis, ex quo prodiit ipsa salus Christus Jesus. Secundo circumciditur pars illa, ut magis esset purificata, ex qua tam saluiferum semen exiit, Carthusian. ad cap. 17. Genes. ait: Oportuit populum istum, ex quo fuerat Christus nasciturus multis privilegiis, & prerogativis, ornari, & praecipua purificatione pollere.

Ad idem tertio: Ibi Deus posuit circumcisionem, ubi est sedes luxuriae, ut notat Divus Ambrosius & Strabus, ut ex tanto Dei signo refranaretur homo a sua inordinata concupiscentia. Divus Chrysostomus homil. 39. in Genes. ait: Quia sciebat Deus eorum lasciviam, & quod licet infantes moniti, ut se ab illicito continerent, obedire non essent, ideo dato eis perpetuo memoriali injecti in eis circumcisionis signum, quasi vinculum quoddam.

Ad idem quarto: Divus Hieronymus epist. ad Tarasiam ait: Ne iustitiam nostram coram hominibus faciamus, sed in occulto, & coram solo, cui soli nihil est occultum, & quem solum remuneratorem bonorum novimus esse factorum, unde ne in carne palam, sed in occulto cordis Judaei esse debemus. Posuit Deus hoc signum non in fronte vel facie, seu manu, parte manifesta, sed valde in occultata, quam natura maximè intendit abscondere, ut inde discamus opera nostra hominibus abscondita, & uni soli Deo videnda exponere.

Secundo. Masculus octo dierum, Tam dura, & aspera lex infantibus octo dierum, quando jam aliquas habet vires imponitur cum multo dolore, ac sanguine, pro quo audiendus est Divus Ambrosius libro secundo de Abraham capite undecimo ait: Egregia autem infantia in primis vagibus circum-

Gen. 28. Matth. 1. D. Cyprian. Tertio: Ab homine in circumcisione solum particulam carnis Deus postulabat, ut illi totam Beatitudinis gloriam praeberet; Unde ait Alcuinus ad caput decimum-septimum Genes. Pro Deo aliquid perdere ucrum est, non damnum, sic pro buccella panis, quam mulier dedit parenti Eliae, Deus largitus est panem, illi, ac filio ejus, totique domui per tres annos 3. Reg. 17. numer. 15. comedit ipse, & illa, & domus ejus.

Ad idem secundo: Deus petit ab homine parvam carnis particulam intendens totum hominem sibi dedicare, in sui obsequium; qui enim Spiritu Dei aguntur in parvis, ac minimis datis magna, & totum exhibere videntur. Servus Abraham quarens uxorem filio Domini sui Isaac, ait: Puella, cui ego dixero, inclina hydriam tuam, ut bibam, & illa responderit, bibe, quin & camelis tuis potum dabo, ipsa est, quam paravisti seruo tuo Isaac, Genes. 24. numero 14. Prudens servus non querit pulchritudinem, ac elegantiam puellae, sed illius mores, ut bene notat Theodoret. & pro signo puellae eligendae postulat ejus charitatem, ut ipsi pen-

44. D. Ambr. Strabus. D. Chrysost. Deus nos a lascivis re- vocat. 45. D. Hier. Opera bona ab hominibus abscondenda. 46. Pueri ac infantia Deo dicantur. 47. Alcuinus. Deus pro paucis multum dat. 3. Reg. 17. 48. Gen. 21.

tenti parvum potum aquae, non solum hoc praefert, sed & insuper totum aquarum canalem offerat ad camelos, ac omnem ejus comitatum potandum, quo signo evidentè ostendebatur Divinus Spiritus movens, ac gubernans puellam; quae sic unum haustum aquae offert, ut appareat ejus promptus animus ad totam aquarum affluentiam effundendam: Divina virtus ubi est; dum pauca exhibere videtur, totum abundantissime largitur. Abulens. ibi: Hoc posuit Elieser caute, ut manifestè videretur bonitatem Dei; quod enim alia qua puella videns hominem alienigenam libera er, & sine peccatione dare, & camelis suis potum, & valde magna bonitas videbatur, ad quam nulla puella inclinaretur, nisi illa, quam Deus specialiter inclinasset. Expende ultima verba.

De vidua pauperula scribens Divus Lucas numero tertio: Vidit Iesus quandam viduam pauperulam mitentem era immunda duo, & dixit: Vere dico vobis, quia vidua haec pauper plus omnibus misit. Et quomodo ibi tam parvo munusculo plus omnibus dedit? In minimo illo exhibito maximum; & grandem animum habuit omnia elargiendi: alii etsi plus darent, non habebant animum omnia exhibendi; haec vero etsi minimum dedit, animos tamen promptus erat universa largiendi. Divus Chrysostomus homil. de Misero, ait: Minimus vidua divitiis, & vota divinum votum vidua superavit; Divites enim ex multis nodicum, vidua vero ex modico totum obtulit. Unde Dominus singulorum animos, & facultates elicit, & viduam in opere perfecto laudavit.

QUAESTIO VIII.

Quare Deus Abrahamo, & ejus posteris dedit circumcisionem?

Superiori quaestione modum circumcisionis explicavimus, nunc vero quo fine a Deo fuerit instituta attingemus. Dicimus primario institutam fuisse in signum distinctivum populi Dei, secundaria ad remittendum peccatum originale; & ad dandam parvulis gratiam sanctificantem; In prima concubionis parte omnes conveniunt, secundam vero aliqui negant, de quo late Theologi tertia p. quaestione 62. Resolutio nostra communis est secundum omnes suas partes. Ita Divus Thomas tertia p. quaestione 62. articulo sexto ad tertium; Scotus, Gabriel, Palodanus, Bonaventura, Richardus, Durandus, quos citant, ac sequuntur Soar, tomo tertio ad tertiam p. disp. quinta, section. prima. §. Viraque Starum, & §. Dico 2. Henricus, lib. 6. capite sexto, numero decimo-sexto, Favent disp. tertiam, capite primo numero sexto. Bonac. disp. 1. qu. 1. panct. 3. §. unico n. 5.

Prima pars conclusionis patet Genes. 17. numero 11. ait Deus: Circumcides carnem praputij vestri, ut sit signum foederis inter me, & vos; ergo data fuit in signum foederis; ac distinctivum populi. Secunda pars ostenditur, ait Deus: Masculus, cujus praputis caro circumcisa non fuerit, delebitur anima de populo illo, scilicet sanctorum; ergo qui circumcidebatur, erat in populo sanctorum, ac proinde cum gratia sanctificante, & ob alias rationes apud ipsos Theologos.

Qui inde dicant, quod causabat gratiam ex opere operato. Ita D. Thom. Scotus Alexand. Bonaventura, Palud. Major, Durand. quos citat Vasquez.

3. p. disp. 184. Soar. Azor. Pereyra, Barrad. Lorih. Valentia apud Lugum tomi 10; de Sacram. disp. j. n. 4. pagin. 86. & Richardus, Sotus, Argenti. Villalob. apud Leandri. tom. 1. tract. 1. disp. 3. q. 10. quia non dabat gratiam ex opere operantis; ergo ex opere operato, quia inter utramque non datur medium in sua entitate, & substantia, sed in medio ex pretio soluto, vel solvendo, & Sacramenta nova legis praebent multo majorem gratiam, & imprimunt characterem in animam, quod non faciebat Circuncisio.

Et rectè nota Divus Isidorus Hispanen. Primus homo oblitus Dei mandati, ejus p. et m, ac foedus transgressus est, per quod peccatum originale in humanum genus diffusum est. Deus volens hominem restitui ad novum pactum, ac foedus introduxit ad ipsum originale delictum, & ut tale foedus nunquam e memoria excideret in ejus carne posuit signum tanquam ibi illius memoriale perenne.

Hoc p. et m. initium est cum Deo p. et m. carne, effuso sanguine, quia amicitia cum Deo non fit nisi inter, & bello cum carne, & sanguine, ut oportet notari. Lycopomianus ad caput decimum septimum Genes. & ait. Reliquo vera contra carnem, & sanguinem, nisi carnis amputanda. 1010 corpore. Nulla religio, nullum foedus potest intervenire inter Deum, & hominem, nisi carni, ac sanguini bellum infestetur.

De Ecclesia sancta ait David. Psalm. 127. nomen tuum sicut visus abundantia in lateribus domus tuae, sancta, & pura Christi Ecclesia, & sponsa, cur cum vite comparatur, quæ est combinatio inter utramque? Vitis, ut suos proferat fructus sero praescinditur, in multis amputatur, & in omnibus terra excavatur; sic & ut Ecclesia in suis palmis; nempe filijs, fructum afferat, multa appetitus amputatione premeda, multaque inflicta vulneribus percutienda. D. Zeno ferm. sexto de Isaac, sic ait: Dominus E. lesiam suam pro voluntate plantavit, quam Sacerdotalibus effusis excolens, piæque amputatione, secundans felici ligno suspensam liberitatem docuit offerre vindemiam.

Et ad quid mandatu. Circuncisio, ait Deus: Ut sit signum inter me, & vos. Genes. decimo-septimo, numero undecimo. Valde diversimode loquitur Deus cum sponsa sua Ecclesia sancta Cantator. octavo numero sexto: Ponet me in signaculum super cor tuum, in signaculum super brachium tuum. Signum Circuncisiois erat in carne, signum Christi in corde, hoc est in anima, quæ frequenter per cor significatur; lex autem Christi ob sui excellentiam, cum tota sit spiritualis, in anima ac corde suo collocat signum, quod Deus vult totum sibi offerri, ac consecrati.

Cantant Caelestes Spiritus Apocal. quinto numero quinto: Ecce venit Leo de Tribu Juda, & aperit librum, & solvere septem signacula ejus; factis acclamationibus solemnifatur victoria, sed tanti triumphi quam sunt spolia? Apoc. 5. aperit librum, & solvere septem signacula ejus. Aperit librum humani cordis, & ita solvere signacula ejus: ut nulli pateat nisi soli Iesu, cui victoria decantatur.

Cum ad regales nuptias omnes convenirent splendido ornamento: Intravit Rex, ut videret discubentes, & vidit hominem non vestitum veste nuptiali: Matth. 22. multi erant discubentes, & unus non veste praeclara indutus, cumque multi essent ministri, nullum illum sordidum agnovit, nisi tantum Rex, & cur solus Rex, & non ministri vident? Illa inquinamenta non proveniebant ab externo vestitu, sed ab